

mativum, sed habet aliquam conditionem, & circumstantiam, quae quando advenit, obligat, & extra illam minimè, ut colere Deum determinat ex circumstantia diei festi, honorare parentes, habet pro circumstantia principali eorum inopiam, & egentiam; praecipuum autem de penitentia faciendum non habet aliam circumstantiam, & conditionem, quae ipsam obligare faciat, quàm cognitionem practica, & deliberatam peccati commissi; etenim extremum vitae periculum, ut Fab. notat l. c. est potius extrinseca conditio, unde si quis repente moreretur, ita ut tempus recogitandi peccata non haberet, non peccaret, non penitendo in mortis articulo, neque damneretur ob impenitentiam peccatum in mortis articulo, sed quia peccatum habuit, de quo nunquam penituit, quando de illo plene, & deliberatè recogitavit.

212 Ad 2. ob eam rationem Fab. dist. 18. q. 4. s. tenet, hominem teneri ad penitentiam statim post commissum peccatum, intelligendo per illud statim, non quidem tempus illud, quod immediate sequitur ad actum completum peccati, sed illud tempus, quo post actum peccati memoria ipsius occurrit, vel aliqua occasio se offert de illius cogitatione. Sed plane Doctores, qui in prima hujus articuli Dubitatione, serebant, teneri peccatorè de rigore, & per se loquendo statim, seu quam primum post commissum peccatum redire ad penitentiam, non in hoc tantum sensu loquebantur, ut explicat Fab. quasi vellet, teneri solum, quando occurreret plena, & deliberata cogitatio de peccato commissio, imò potius volebat, quàm primum moraliter fieri potest, teneri peccatorem ad examen conscientiae faciendum de peccatis commissis, & eorum cogitationem procurare, & de illis rigorosam, & diximus, ad tale examen non teneri, neque ad talem penitentiam, cum quo tamè ad huc stat, quòd si aliqua occasio se offert de peccato commissi cogitatione habenda plena, & deliberata, tunc ad illius detestationem tenetur, tunc enim tempus est, in quò debet poni actus ejus in esse, & in quo obligat praecipuum penitentiae; Undè in sensu Fabri gratis concedimus, peccatorem post peccatum commissum teneri statim conteri, licet non sit modus facti proprius loquendi, neque ab illis Theologis intentus, qui id asserunt in prima Dubitatione hujus articuli, ut diximus; atque idè rationes Fabri ibi adducere non curavimus, quia non probant, nisi asserionem modò à nobis propositam pro solutione praesentis Difficultatis, non autem opinionem veterum Illorum Scholasti, ibi reiectam, & in sensu ab illis intento.

213 Ad 3. negat minor, imò retorquetur argumentum, nam quoties deliberatè cogitat homo de summo bono, tenetur illud amare, ergo quoties cogitat deliberatè de summo malo, quale est peccatum, ut Dei offensivum, tenetur odio habere eodem enim modo se habent odium mali, & amor boni, nam ex naturæ principis haec doctrina deducitur, quòd novum, cum attentè consideratur, odio haberi debet. Ad 4. concessa maiori dico ad minorem, quòd licet praecipuum de summo bono amando non obliget, pro semper absolvere, quia praecipuum affirmativum est, obligat tamen, quoties de eo deliberat, & advertenter cogitat, tunc enim tenetur ad eius amorem sive perfectum, sive imperfectum, quia haec obligatio differt ab ea, qua homo tenetur Deum super omnia diligere, & certis temporibus obligat, ut notat Branc. l. c. Ad 5. concedo, quòd post hoc in tali casu cogitationem à peccato divertere, sed per talem diversionem legi naturæ non satisfaceret, sicut qui videt proximi necessitatem, & à via divertit, vel à cogitatione, ne videat, atque legatur de proximo succurrendo non satisfacit. Ad ultimum negi assumptum, certum enim est, quòd regulariter loquendo, quando quis de peccatis commissis attentè cogitat, vel illa odit, vel in illis compiacet, & de tali complicitate se in confessione accusat, & à Confessione interrogatur, an eam habuerit; unde eo ipso, quòd se accusat, habuisse complicitatem de peccato commissio, enim illud recogitavit, sufficienter confitetur omissionem detestandam, quae cum tali complicitate est necessaria connexa. Dices, saltem illi, qui non habent complicitatem, & ad aliud cogitationem divertunt, haec omissionis peccata non consistunt. Respondetur Branc. l. c. dari tamen casum statum diversorum, & quando etiam dantur, sufficienter quoque manifestari solere à penitentibus, dum se accusant, non respondisse divinae vocationi de penitendo, & multos etiam Confessarios de his interrogare, alios autem, qui contracta sunt opinionis, suo muneri satisfaccere absque interrogationibus istis. Quòd si etiam expressè interrogatio non fieret, aut confessio de omissionis penitentiae, quoties occurreret consideratio practica peccati, & penitentiae, ratio hujus esset, ut inquit Ponc. dist. 45. q. 4. non quòd non esset obligatio habendi penitentiam, sed quia moraliter loquendo habet penitentiam in tali casu, nisi affectus mortaliter inordinatus illi impediat, de tali vero affectu confiteri se solent peccatores, ex qua accusatione sufficienter cognoscit Confessarius omissionem penitentiae, & recidit in idem, quòd dicebamus.

214 Quòd tandem dubitatur, an peccata semel rite penitentia restet obligatio rursum penitendi, quoties peccata remissa meriti occurrunt, Negant Recentiores communiter, post penitentiam semel, ac sufficienter rite peractam hominem teneri amplius postea, quoties peccata memoriae occurrunt, actu positivo penitentiam con-

tinuare, seu repetere, quòd iniquum denuò lapsus sit, quia sine dubio tunc esset iterum necessaria penitentia, ita Valentia, Suarez, Vasq. Coninchus, Amicus, Aversa, & alii passim. Fundamentum est, quia praecipuum penitentiae semel obligat tantum circa eadem peccata, quia habita semel penitentia, & contritio perfecta de uno, vel pluribus peccatis, ille liberatur à pena aeterna, & fit amicus Dei, & haeret vitae aeternae; ergo non obligat, quotiescumque memoria peccati occurrit iterum. Conf. quia si teneretur homo penitentiam iterare, quotiescumque peccata ex memoria ex parte in memoriam recurrunt, & ad hoc obligaretur ex vi ipsius penitentiae, deberet etiam per se procurare hanc peccatorum recogitationem, quòd patet esse falsum, nullum enim aliud extat simile exemplum, quòd homo per se non teneatur ad aliquem actum, sed solum per accidens ex tali suppositione, sed sicut homo tenetur quidem aliquando actus, Fidei, Spes, & Charitatis exercere, non tamen quoties cogitatio talium obiectorum in mente surgit, quia haec praecipua affirmativa determinat sibi certum obligationis tempus; ita etiam sentiendum de praecipuo, & obligatione penitentiae. Tandem, quia nequit assignari motivum dolendi de peccatis dimissis, cum memoriae occurrant, & maximum onus imponeret hominibus, quòd necessitate peccator enim semel iustificatus obligatur tantum ad penitentiam deinceps negativè, seu habitualiter continuandam, ne unquam, sicut compiacet de peccato commissio, & in hoc sensu Patres dicunt, debere adhuc peccatorum iustificatam penitentiam per totam vitam continuare; non tamen tenetur actu positivo illam repetere, quòd peccata memoriae occurrunt.

215 Ceterum factis quoque plura, & probabile est, teneri hominem ad penitendum etiam de peccatis dimissis, penitentia virtutis sive formalis, sive virtualis, quoties de illis compiacet, & deliberatè recordatur. Ita Doct. lo. ci. 4. dist. 45. q. 3. ad 3. prim. ubi loquitur etiam de peccatis dimissis, nam ait, hoc fore obligatos etiam beatos; si in illis daretur memoria peccatorum, vel id datur, nisi gaudium beatificum impelleret, certum autem est, peccata Beatorum antè ingressum beatitudinis fuisse deleta; & hoc idem docuerunt Alenfis, D. Thomas, & D. Bon. ut referunt Fab. & Branc. lo. ci. & probatur eadem ratione, quia idem probatum est praeced. dubio n. 15. de peccatis commissis, cum enim homo post peccatum dimissum attentè recordatur illius, vel illud amat, vel odit, quamvis enim sit dimissum, non ob id cessat esse malum, atque idè non cessat exigere odium sui, & in hoc sensu etiam dicunt Patres, adhuc peccatorem iustificatum continuare debere penitentiam per totam vitam, quoties illi de novo sua peccata dimissa in memoriam redeunt cum cognitione practica de his prout detestabilia sunt. Nec turis replicare iuvat, non teneri peccatorem iustificatum peccatum sic et praesentatum detestari, sed ad divertendum intellectum à tali obiecto, ne se exponat periculo peccandi, vel ab omni actu cessare. Non sufficit, inquam, quia incidente cogitatione practica de peccatis commissis, vel dimissis, quatenus detestabilia sunt, non videtur voluntas posse ab omni actu cessare, & merè negativè se habere, nullum profus elicendum actum, nam hoc est difficile, & moraliter non contingit, sed debet, aut velle, aut nolle actum detestabilem, nolle videtur malum; ergo tenetur velle. Nec etiam actus divertendi intellectum à tali obiecto sufficit, à illo acquiescitur, nunquam teneri hominem ad sequendum rectum dictamen, ac divinam vocationem, quia post sufficienter satisfaccere illis peccatum negativum, vel divertivum; & ita Deus fuit, & sine ratione exprobrat damnatis Prov. 1. Vocavi, & renuistis, extendi manus meas, & non erat, qui aspiceret, ego quoque in interitu vestro ridebo. Undè quamvis verum sit, Deum non semper vocare obligando, sed consulendo tantum, alioquin semper sub praecipuo tenetur respondere interius motibus, aut bonis excitantibus; tamen quòd ad penitentiam vocat, commissio peccata practice detestanda nobis proponendo, & iterandum etiam remissa ad eam còtinuandam, et repetendà, dicitur est, tunc nos vocare obligando, ut vocationis respondeamus, & non consulendo tantum, ut ex relata divina exprobratione deducitur. Denique hoc saltem adversari negare non possunt, quòd si quando incidit memoria peccati remissa, ad illi periculum complicitatis, vel dilectionis morosa, tunc tenetur positivum penitentiam, ac dilectionem actum elicere, quia per hoc tantum excluditur peccatum, quàm per actum divertivum.

216 Ad fundamentum in oppositum dicendum est, praecipuum penitentiae utique tantum obligat semel pro venia obitenda; adhuc tamè etiam obligat ad eam repetendam, incidente cogitatione practica de peccatis remissis, quatenus detestabilia sunt, non novum peccatum committitur. Ad Conf. negatur consequentia, ex hoc enim, quòd incidente practica cogitatione de peccatis remissis, quatenus detestabilia sunt, tenetur homo ad repetendum penitentiam actum, minimè sequitur, quòd etiam semper teneretur per se procurare hanc peccatorum recogitationem, si enim id facere non tenetur circa peccata commissia, nondum expiata, tanto minus circa peccata remissa, ut dictum est in praeced. Dubio; Neque nos negamus hominem per se teneri aliquo tempore ante articulum mortis ad actum penitentiae de peccatis commissis, sed solum per accidens, ex tali nempe suppositione, quòd ex aliqua occasione menti

menti obliquitur, ut detestanda; imò diximus dubio praecedenti aliquid tempus ante mortis articulum, in quo per se tenetur hanc peccatorum recogitationem procurare ad ea detestanda, & praeter hoc tenetur etiam ea detestari per accidens ex tali suppositione, quòd ex aliqua occasione menti obliquitur, ut detestanda, & hoc loquendo de peccatis commissis nondum expiatis; nam loquendo de semel dimissis, gratis concedimus, in nullo tempore per se teneri hanc peccatorum recogitationem procurare ad ea detestanda, sed solum per accidens ex tali suppositione, quòd menti obliquitur, ut detestanda; & per hoc salutaris ratio praecipui affirmativi, quod sibi determinat certum obligationis tempus, quia praecipua circumstantia, & conditio, quae facit praecipuum affirmativum penitentiae obligatè etiam circa peccata remissa, est, quando in mentem recurrunt, ut praecipue detestanda; & hoc est dictum, valde notandum, quòd versatur inter obligationem penitentiae ad detestanda peccata commissia, ac etiam remissa, quando menti occurrunt; nam ad haec detestanda tenetur praecipue ex tali suppositione, quòd menti occurrant, atque ita merè per accidens; ad illa verò tenetur etiam per se aliquando ante mortis articulum eorum recogitationem procurando. Ad ultimum negatur assumptum, quia si cogit bonum exigit semper amari, etiam postquam milies est amatum, ita & malum exigit semper oditi, etiam post plura odia praecedentia; unde remissio peccati non tollit, quin turis odiri debeat, quòd menti occurrat, ut praecipue detestandum; Neque ob id maximum onus imponitur hominibus absque necessitate, quia praecipuum penitentiae non per se obligat post peccatorum remissionem, quàm tenetur homo etiam per se hanc peccatorum recogitationem procurare, sed solum per accidens, facta nimirum tali suppositione, quòd ex aliqua occasione peccata dimissa in mentem recurrant, ut praecipue detestanda.

QUESTIO OCTAVA.

De efficacia Penitentiae virtutis ad tollendum peccatum mortale.

217 Certum est ex dictis, in lege Evangelica duo dati media ad delendum peccata post baptismum commissia, scilicet, contritio perfectam, & attritionem cum Sacramento; penitentia virtutis, quae dicitur attritio, de facto non potest se sola absque Sacramento delere peccata mortalia, ita Conc. Trid. sess. 14. c. 4. circa finem, ubi dicit, attritionem non disponere ad iustificationem, & gratiam se sola, licet id faciat cum Sacramento, quòd etiam antè docuit Scot. dist. 19. in resol. q. 2. in fine, & ratio est in promptu, quia si attritio sufficeret, frustra institutum esset Sacramento penitentiae, in supplementum efficaciae attritionis. Penitentia autem virtutis, quae dicitur contritio, nedum in lege veteri efficaciam habuit delendi peccata mortalia, sed eam quoque habet in lege Evangelica cum hac conditione, quòd saltem in voto Sacramento requirit penitentiam, sic etiam docuit Trid. loc. cit. & Scot. 3. dist. 20. q. 10. A. Nunc iugiter dicendum est de modo, quo penitentia, seu contritio causat remissionem peccati mortalis.

ARTICULUS PRIMUS.

Quomodo Penitentia, seu contritio causat remissionem peccati mortalis.

218 In hac quaestione tres sunt sententiae. Prima tenet, peccati deletionem à contritione causari physicè, & in genere causae efficientis; ita quidam Thomistae, et quòd D. Thomas q. 85. art. 2. ad 3. dicit, penitentiam expellere peccatum effectivè, & expressè Ledesma 4. part. q. 27. art. 4. Secunda sententia docet, contritionem in genere causae formalis, ex natura rei expellere culpam, ita ut habeat formaliter vim iustificandam peccatorum, vel per se, & praecipue supra, vel saltem conjuncta cum gratia habituali, ita Mercurius, Hurtadus, Turrianus, & alii, quibus praevit Vasquez p. 2. dist. 203. Tertia sententia, & communior sententia docet, contritionem solum esse dispositionem ad remissionem peccati, vel se sola, & ex natura, sicut efficit calor ad expulsiorem frigiditatis, vel ex institutione divina. Pro resolutione quaestionis.

Primo Dicendum est, contritionem non esse deletivam culpae physicè, & in genere causae efficientis. Conclusio est communis, & probatur, quia forma non expellitur aliam physicè, & efficienter, nisi producendo in subiecto formam aliam physicè cum illa incompossibile, ut patet de igne per physicam efficientiam frigiditatis à ligno, vel aqua expellente, quia in eis physicè calor emittitur, sed contritio non producit physicè formam cum peccato incompossibile, scilicet, gratiam, vel charitatem; quamvis enim Thomistae nonnulli dicant, actum ipsam penitentis concurrere physicè effectivè, saltem instrumentalitè, ad producendam gratiam sanctificantem in anima; hoc tamen falsum omnino est, quia gratia, & charitas non ab actibus nostris, estò supernaturalibus, sed à solo Deo physicè, & immediatè producentur; ergo &c. Tunc quia

Meld. in Quart. Sentent.

est etiam actus supernaturales ipsius penitentis eo modo ad producendam gratiam instrumentalitè concurrerent, gratia tamè peccatum non expellit physicè, & ex natura rei, sicut calor frigidus, quia non opponitur physicè, & ex natura rei, sed tantum moralitè, & demeritorie, ut dictum est lib. 2. dist. 7. de Justificacione q. 2. ergo &c. Tunc tandem, quia contritio intantum delere culpam, in quantum statuit Deus, ad positionem ejus culpam delere; ergo eam delere non in genere causae physicè, sed moralis tantum.

219 Secundo Dicendum est, contritionem causare peccati remissionem in genere causae formalis, quasi per contritionem homo formalitè iustificetur, sed tantum moralis dispositione. Haec etiam est valde communis contra secundam sententiam, & est Scoti 1. dist. 17. q. 1. ubi ex professo docet, hominis iustificationem de facto fieri per habitum infusum, non per solum actum, & 4. dist. 14. q. 2. de secundo principali, ubi docet, attritionem perfectè circumstantionatam in genere moris, quae in ejus sententia efficit contritio informis, quatenus natura praecedat gratiam, efficit dispositionem tantum, & meritum de congruo ad iustificationem, & peccati remissionem; quatenus verò formata est gratia, delet peccata etiam formalitè, non ratione sui, sed gratiae annexae, à qua valent accipere; Et sic etiam loquitur Trid. sess. 6. cap. 7. ubi ait, hanc dispositionem, seu preparationem iustificationis ipsa consequitur, & sess. 14. cap. 4. docet, per contritionem nos preparari ad iustificationem, forma autem dispositiva ad aliquem effectum non causat eam formalitè, & praesertim si solum sit dispositio in genere moris, sicut est contritio, non enim est dispositio ad iustificationem physicè, & ex intrinseca sua natura, ut dictum est dist. 7. de Justificacione q. 2. 28. sed tantum ex institutione Dei libere illam acceptantem in ordine ad remittendum infallibiliter peccatum. Item Trid. loc. cit. contritionem, & penitentiam appellat formam imperativam remissionis peccatorum, dum ait, Contritioem fuisse omnem tempore necessariam ad impetrandam veniam peccatorum, forma autem imperativa alicuius effectus non causat eam formalitè, ergo ex modo loquendi Concilii Trident. clarè deducitur, contritionem non causare peccati remissionem in genere causae formalis, sed proprie esse causam remissionis peccatorum, tanquam causam formalem per modum dispositionis, imperationis, praeparationis ad gratiam iustificantem, quae formalitè peccata remittit, & delet.

Sed hoc puncto jam ex professo tractavimus l. c. lib. 2. dist. 7. de Justificacione q. 3. art. 1. ubi ostendimus, solam, & adequatam causam formalem iustificantem in nobis esse gratiam habitualem, ut docet Trid. sess. 6. cap. 7. dum inquit, quòd unica formalis causa est iustitia Dei, qua nos iustos facit; atque adeò diximus, actum contritionis non habere per se vim iustificandam formalitè peccatorum, & gratiam habitualem esse per se causam adequatam formalem talis iustificationis, ita ut etiam sine alia dispositione propria peccatoris ipsi iustificaret. Verum quia ad huc ulterius dubitatur, nisi penitentia ita fit causa moralis iustificationis, ut se habeat per modum meriti ad illam; aliquid enim tenentes, nullum meritum debere praecedere iustificationem, negant, penitentiam illam habere meriti rationem, nolentes uti, nisi nomine dispositionis moralis; idè pro resolutione hujus difficultatis.

220 Tertio Dicendum est, posse dici peccatorem per penitentiam perfectam, qualis est contritio, aliquo modo iustificantem gratiam mereri; sed quia duplex est meritum, scilicet, de congruo, & de condigno, addendum est, non mereri de condigno, sed ad solum de congruo. Ita Scotus l. c. dist. 14. q. 1. & q. 2. de secundo principali, & dist. 19. in fine, & dist. 20. ab initio, ubi docet penitentiam virtutem, quae iustificare potest sine Sacramento in re, hoc facere, ut meritum de congruo; sic etiam passim Scotistae loquuntur, Faber, Hiquens, Hiribarres, Brancatus, & alii, qui etiam ad verunt, ita locutum fuisse D. Thomam part. 2. q. 109. art. 6. Alenfem qu. 17. memb. 1. art. 2. & D. Bon. dist. 16. art. 3. q. 1. & sic etiam loquitur Recentiores, ut videre est apud Averfam part. 2. q. 114. sec. 6. & Card. de Lugo dist. 8. de penit. sec. 6. Et quidem quòd penitentia perfecta non delet peccata, nec ad iustificationem disponit, ut meritum de condigno, deducitur ex omnibus Scripturae locis, quibus significatur, peccatorem gratis iustificari juxta illud Rom. Justificari gratis per gratiam ipsius; at si contritio esset meritum deletionis culpae de condigno, talis deletio culpa non esset gratia, & donum liberale Dei, sed merces, & praemium, quod enim debetur merito de condigno, est merces, & praemium, haec enim ratio operis salutariae, quae in homine iusto dicuntur de condigno meritoria, habent pro termino iustum mercedem ex motivo iustitiae, non donum gratuitum, & haec est expressè doctrina Tridentini sess. 7. cap. 8. dum inquit, quòd gratis iustificati omnino dicuntur, quia nihil eorum, quae iustificationem praecedunt, sive fides, sive opera, ipsam iustificationis gratiam promerentur.

Confirmatur, quia meritum de condigno supponit in operante statum gratiae; & quòd ab habitu gratiae procedat, ut dictum est lib. 3. dist. 3. de Merito Christi q. 3. sed contritio non ita se habet, cum fiat ab existente in peccato, ut supponit veluti previa dispositio ad gratiam impetrandam, etenim peccator cum auxilio supernaturali incipit conteri, & postea Deus gratiam produci,

Z 3 ut do-



ut docet Trid. *sess. 6. cap. 7. & sess. 14. cap. 4. ergo. &c.* Et falsum omnino est: quod aliqui inquirunt Thomista, proxima, & immediata dispositio ad gratiam habitualement, qualis est contritio, ab eadem effectue procedere: ut jam ex instituto ostendimus *dist. cit. de justificatione qu. 7.* potest quidem gratia contritionem antea a peccatore elicita comitari, quoad scilicet durat, usque dum gratia producta in quo infanti postea dicitur contritio formata, ubi prius erat informis, hoc tamen non sequitur, quod contritio, ut talis, in aliquo genere cruce ab habitu gratia in suo fieri dependeat. 221 Quod vero recte, & candido dici possit, contritionem peccata delere, & ad justificationem disponere per modum meriti de congruo, probatur, quia in Scripturis penitentia voluntarie, & contritione promittitur remissio peccati; at non potest ei promitti, ut merito de condigno, quia tale meritum gratia statum supponit in operante, talis autem penitentia est a peccatore, restat ergo, ut ei promittatur, veluti merito de congruo.

Contra, quia penitentia perfecta ex dictis proprie est causa remissionis peccatorum tanquam causa moralis per modum dispositionis, imperationis, & preparationis ad gratiam justificantem, quae formaliter peccata remittit, & delet, & quidem in his nominibus dispositionis, imperationis, & preparationis rem hanc Tridentinum explicavit; sed nequit alio modo disponere, & preparare, nisi per modum meriti de congruo, nam talis preparatio, & dispositio non est naturalis, & necessaria, sed supernaturalis, & libera; adus autem liberi preparantes, & disponentes ad effectum dandum ab alio sunt merito illius; ergo &c. Rursus ita promittitur gloria de condigno bene operantibus in statu gratiae, sicut de congruo promittitur penitentibus remissio peccatorum, & gratia justificans, non igitur est major ratio, cur adus primi generis rationem meriti habere debeant, quam adus secundi generis, licet postea differant in specie meriti. Tandem quia huic loquendi modo non obstat Scriptura appellans justificationem peccatoris gratiam, hoc enim loquendi modo solum significat justificationem cadere non posse sub merito de condigno, quia hoc genus meriti excludit gratiam, seu donum, & habet pro termino premium, & mercedem ex iustitia; at meritum de congruo nequaquam, sed habet pro termino beneficium, & donum, cum hoc solo discrimine, quod meritum de congruo aliquo modo disponit ad illud obtinendum, sine tamen exclusione gratiae tribuentis, quod non evenit in dono, & beneficio collato absque ulla praevisione operis illius, cui conferitur, ut satis patet de natura utriusque meriti jam declarata *lib. 3. dist. 3. qu. 1.* ergo non obstat, quin penitentia perfecta, seu contritio elici possit peccata delere, & ad justificationem disponere per modum meriti de congruo.

222 Quarta ex dictis etiam deduci potest decisio quaesti illius: an penitentia virtus sit etiam causa gratiae justificantis, & quomodo; potest enim dici causa moralis tantum, & dispositiva, & per modum meriti de congruo. Conclusio deducitur ex Scoto *lc. & Concilio Trid.* in omnibus relatis locis, in quibus docet, penitentiam perfectam esse preparationem, & dispositionem ad iustitiam, quae est gratia habitualis nos justificans, quo loquendi modo aliquam causalitatem ei tribuit respectu gratiae peccatori conferenda, & cum haec physica esse nequeat, quia sic solus Deus gratiam causat juxta illud *Psalm. 83. gratiam, & gloriam dabit Dominus*; restat, ut sit causa in genere causae moralis tantum, & quidem Concilium ipsum dicit *lc.* contritionem vocat dispositionem, imperationem, & preparationem ad gratiam justificantem, quae formaliter peccata remittit, & delet, medium causalitatem, sed etiam speciem causalitatis insinuare videtur. Confirmatur ex omni Scripturae locis tam veteris, quam novae legis, in quibus penitentia promittitur justificatio, & peccatorum remissio, ut *Ezech. 18. in quacunque hora ingenerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius, & via a viro est ergo posita penitentia perfecta pro veteri lege, causabatur infallibiliter gratia in homine contrito, in nova autem eadem posita cum voto sacramenti eadem causatur: plane negari non potest, quin sit aliquo modo causa gratiae; illa enim conatur causa sufficiens, & efficax alicuius effectus, quae posita ponitur effectus, & quae ablata aufertur; cum ergo non sit causa physica, erit ad minus causa moralis, si enim saltem hoc modo non causaret gratiam, explicari non posset, quomodo ad justificationem disponat, & peccatorum remissionem. Denique quod nequeat esse, nisi causa moralis, probatur, quia quod non causat effectum ex natura sua, sed ex pacto, & voluntate, vel ordinatione alterius, alio modo causate nequit, quam moraliter, & dispositivè, ut patet de meritis, & precibus, imo de ipsis sacramentis, sed penitentia non causat gratiam, & justificationem, nisi ex pacto, & promissione Dei, ut constat ex omnibus Scripturae locis, in quibus a Deo penitentia promittitur justificatio, & peccatorum remissio, ergo non aliam causalitatem exercere potest, nisi moralem, per modum imperationis, ut Concilium loquitur, si enim saltem hoc genus causalitatis non exercet, explicari non potest, quomodo ad justificationem, & gratiam habitualement praeparat peccatorem, ac disponat. Et hic advertendum est, quod omnia, quae de penitentia perfecta dicuntur, hoc est, de*

contritione sine sacramento in ordine ad justificationem causandam, dici quoque debent de penitentia imperfecta, scilicet attritione cum sacramento, haec enim virtute sacramenti in se suscepti aequivalent contritioni, & penitentiae perfectae; atque ideo utraque est causa efficax, & infallibilis gratiae justificantis, modo jam declarato.

223 Quinto Dicendum est, virtute penitentiae de facto omnia mortalia simul remitti, nec unum sine alio remitti posse. Conclusio censetur esse de fide, expressim enim deducitur tum ex Scriptura, quae non nisi integram peccatorum remissionem promittit pro integra penitentia, tum ex doctrina Conc. Trid. *de justificatione sess. 6. & de penitentia sess. 14.* ubi justificationem declarat per modum vivificationis, & liberationis a morte, juxta modum loquendi sacrae Scripturae, haec autem non habetur, nisi per integram omnium peccatorum mortalium remissionem, nam per unum solum peccatum mortale, quod in anima remaneret, homo non esset justus, sed impius, non esset vivus, sed mortuus spiritualiter, demum non esset in statu salutis, sed damnationis aeternae. Hoc idem probatur ratione, quia peccatorum remissio de facto fit per iustitiam inherentem, & formam justificantem ex Trid. *sess. 6.* sed gratia de facto nullum mortale peccatum secum comparitur, & hominem penitus iustificat, & sanctificat, & si penitentis de uno solo peccato complacentiam haberet, iam esset proterus indignus remissionis, etiam exterorum iuxta illud *Jacob. 2. Qui in uno offendit, factus est omnium reus; ergo &c.* Dixi autem de facto, & de potentia ordinaria, unum peccatum mortale sine alio remitti non posse, quia licet aliqui affirmant etiam de potentia Dei absoluta, ut Valentia, Vasquez, Becanus, Amicus, & alii, quorum fundamentum est, quia peccatum mortale etiam de potentia absoluta non nisi per infusionem gratiae secundum ipsos remitti potest, quam dicitur intrinsece, & ex natura sua cum omnibus, & singulis mortalibus aequè formaliter repugnat.

224 Alii tamen concedunt, id fieri posse per potentiam Dei absolutam; ita Docentes citant *lib. 2. dist. 7. q. 3.* tenentes, imne peccatum; non solum in pura natura, sed etiam jam elevata ad finem supernaturali posse a Deo ex vi alterius praevientis ab ea, quae nunc est, remitti quibus infusione gratiae sanctificantis, & absque ulla forma intrinseca per solam extrinsecam condonationem, quae est expressa Scoti sententia pluribus in locis ibi adductis *art. 1.* juxta quod principium posuit Deus de potentia absoluta unum condonare peccatum, aliis non condonatis; Quod adhuc magis possibile apparet, si verum est, quod alii ex praefatis Doctoribus addunt, posse Deum sic peccata remittere per solam extrinsecam condonationem, absque eo quod peccatorum in gratiam recipiat. Deinde hoc idem deduci potest ex alio principio etiam in ea *dist. 7. q. 2.* praemisit, quod gratia, & peccatum non ex natura rei, sed tantum ex Dei ordinatione ad invicem repugnant, ideoque de potentia Dei absoluta posse esse simul; imò iuxta hoc principium etiam concedi potest, atque defendi, per infusionem gratiae posse remitti unum peccatum sine alio, quia iuxta hoc principium sola gratia ex se non delet peccatum, nisi accedente extrinseca condonatione, & favore divino, modo iam explicato *dist. 7. cit. qu. 1. art. 1. n. 14.* atque ita potest dari gratia cum extrinseca condonatione unius peccati, & non alterius, & potest a Deo ordinari ad delendum unum peccatum sine alio. Denique alii Scotista, & Nominales hoc idem ex alio principio deducunt, quod scilicet ex actu peccati remanet in peccatore tantum reatus poenae, seu ordinatione peccatoris ad poenam aeternam, & in hac ordinatione dicitur consistere maculam, & peccatum habituale, quod putant esse de mente Doctoris *4. dist. 14. q. 1.* iuxta quod principium utriusque posset Deus relaxare poenam unius peccati, & non alterius, atque ita posset remittere unum peccatum sine alio. Ceterum iam *lib. 2. dist. 6.* de peccatis *qu. 3. art. 6.* demonstravimus de mente Doctoris, peccatum habituale minime in ordinatione ad poenam sic explicata consistere, quia talis ordinatio, & obligatio ad poenam dicitur simpliciter, & absolute reatus poenae, & non culpa; sed formale constitutum peccatoris esse reatum in quendam, seu quandam obligationem ad actu peccaminoso contractam, quae statim ac aliquis peccat, realiter obligatur ad poenam peccato correspondentem; & in hoc tantum sensu dicitur proprie reatus culpa, qui veluti passio consequitur ad ipsum actuale peccatum, & manet moraliter, vel habitualiter in peccatore, etiam actu ipso peccaminoso physice tranfacto; Atque ita non sequitur, quod Deus eo ipso, quod relaxat poenam unius peccati, & non alterius remitteret unum peccatum sine alio.

225 Sexto Dicendum est, virtute penitentiae, seu contritionis simul cum culpa etiam semper remitti poenam aeternam, non tamen totam poenam temporalem, sive in hac vita, sive in Purgatorio lueandam. Haec etiam est communis omnium Catholicorum, quam expressè docuit Scotus *dist. 14. q. 1. ubi lit. G. & H.* postquam docuit, tranfacto actu peccaminoso remanere in peccatore reatum, seu obligationem ad poenam aeternam, docet deinceps hanc reatum per penitentiam deleri, & *dist. 20.* ab initio docet deleri, vel per penitentiam anteriorem, scilicet, continuationem, vel per sacra-

sacramentum; & tandem *dist. 14. q. 4. & dist. 22. dist. E.* ait quod dum reatus poenae aeternae deletur, commutatur ex Dei misericordia poena aeterna in temporalem, vel in via, vel in purgatorio solvendam. Quoad primam partem probatur ex Scriptura, quae inseparabiliter jungit statum culpa cum reatu damnationis aeternae, & contra remissionem culpa, seu justificationem cum reintegracione ad gloriam, & liberationem a tali damnatione, ut constat ex illo ad Rom. 6. *Nunc liberati a peccato, servi facti Deo, habentes fructum vestrum in sanctificatione, sicut ante vitam aeternam.* Et hoc idem docet Trid. *sess. 6. cap. 14.* ubi supponit poenam aeternam simul cum culpa mortali deleri; Et hoc tandem suadet ratio, quae ordinariè non remittitur culpa, nisi per gratiam habitualement, haec autem est filio adoptiva Dei, hominem constitutens heredem vitae aeternae ex eodem Trid. *sess. 6. cit. c. 4. & 7.* ergo tollit reatum, seu dignitatem poenae aeternae, non enim potest quis simul esse dignus vitae, & poenae aeternae.

Quoad secundam partem probatur ex communi Theologorum consensu, qui dicunt, cum actu culpa deletur, quoque reatus poenae aeternae, commutari ex Dei misericordia poenam aeternam in temporalem, vel in via, vel in purgatorio solvendam; Et hoc etiam sancit Trid. *sess. 15. c. 3.* contra Haereticos nostri temporis id negantes ac consequenter Purgatorium, suffragia, & indulgentias pro defunctis, ut refert Bellarmus *lib. 4. de Penit. c. 2.* verba vero Concilii sunt haec *Sancit, S. modus declarat, falsum omnino esse, & a verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quin universa etiam poena condonetur.* D. nique hoc etiam suadet ratio ex offensis humanis deducta, in quibus remissa tota offensa per acceptationem in amicitiam adhuc potest, & solet offensus ab offendentem aliquam satisfactionem exigere ad resarcendum jus lesum publicae iustitiae; ergo similiter potest Deus debitorum ab suam amicitiam acceptare, condonata perfecte culpa, & adhuc ab eo aliquam exigere poenam in recompensationem divinae iustitiae laesae, nam qui Deum offendit, non solum amicitiam violavit, sed etiam jus, & iustitiam; quare utraque redintegrandam est, & bene potest separari una ab altera, quia licet remitti possit, quae esse alteri amicus & simul debitor iustitiae, quae haec jura, cum sint diversa, non sibi contradicunt; aliae rationes ad idem solent adduci, quae scilicet, in peccato invenitur aversio a Deo, & conversio ad creaturam, illi respondet poena aeterna, & haec temporalis, quae tamen ratio non convincit, notat Averra *qu. 3. sec. 11.*

126 Quare, an de potentia absoluta possit Deus remittere culpam, non remissio debito poenae aeternae. Affirmat Suarez, Coninc. Card. de Lugo, & Amicus, qui fusc haec Difficultatem tractat *d. 5. sec. ult.* pro cuius intelligentia nota, duplex debitorum in peccato distinctio, alterum poenae sensus, & alterum poenae cruciatum; alterum poenae damni, scilicet, privationis aeternae gloriae, & familiaritatis divinae, utrumque enim debitorum incurrit peccator per peccatum mortale; & sumitur hic poena sensus, non prout de facto involvit obligationem in peccato, hoc enim pacto implicentia est in adiecto, remitti peccatum, & simul manere obligationem ad peccatum, cum nil aliud sit oblatio ad peccatum, quam perseverantia in peccato, sed solum sumitur, prout dicitur perseverantem cruciatum aeterni in poenam praeteriti peccati jam condonati, de utroque igitur debito in hoc sensu quaeritur, an simul stare queat cum perfecta peccati remissione, & praefati Doctores affirmant cum aliis Recentioribus; Fundamentum praecipuum est, quia obligatio ad poenam non repugnat cum gratia, & amicitia Dei, de facto enim remissio peccati manet debitorum ad poenam temporalem; igitur remissio peccati per se non repugnat cum debito ad poenam, alioquin si repugnaret, neque simul stare posset cum debito ad poenam temporalem.

127 Sed negantem partem jam statutam *lib. 2. d. 6. de peccatis qu. 8. art. 1. n. 328. & art. 9. n. 361.* cum Scoto *dist. 21. lit. C.* quam sequuntur Becanus *c. 31. q. 7.* Averra *2. dist. 2. scilicet.* & alii Recentiores, ubi etiam *art. 6.* ab initio notavimus pro declaranda formalitate peccati habitualis, quod per obligationem, & debitum ad poenam aeternam duo possumus intelligere, nempe vel ordinationem, & deputationem ad poenam, quae est denominatio extrinseca ex actu divinae voluntatis derivata, quae peccator ob actu peccaminoso praecedente deputatur ad poenam aeternam illi debitam; Vel denominationem extrinsecam ab actu ipso peccati derivatam, quae tenet eo ipso, quod homo peccavit, redditur dignus ex actu ipso peccati, quod ordinatur ad poenam, quo sensu loquuntur de ordinatione, & debito ad poenam est proprie reatus culpa, qui veluti passio consequitur ad ipsum actuale peccatum, & proprie constituit maculam, & formalitatem peccati habitualis, & in hoc sensu dixit D. Aug. in *psalm. 44. peccatum esse puniendum, & si puniendum non esset, peccatum nec esset;* Unde ibi deduximus, quod sicut in hoc sensu implicat remanere debitum ad poenam aeternam cum remissione peccati, ita quoque contra implicat in adiecto, Deum remittere culpam, non remissio debito poenae aeternae, quia debitum ad poenam aeternam in hoc sensu est ipsa macula peccati habitualis, manens moraliter in peccatore post actu peccaminoso physice praeter-

itum; Unde dato etiam casu, quod poena de facto insignenda peccatori ob peccatum commissum esset a Deo condonata, non tamen condonata esset obligatio passiva, ac debitum ad poenam aeternam, in qua culpam habitualement statuitur, sed solum dicitur Deus, non exigere actualem solutionem illius debiti; & pariter dato casu, quod talis obligatio passiva non esset condonata, nec etiam condonata esset culpa, quae formaliter in ea consistit, quia reatus culpa nihil aliud est, quam dignitas poenae, ergo homo iustus & innocens, qualis est ille, cui remissa est culpa, non sit dignus poena aeterna, sequitur a primo ad ultimum, quod Deus nequit etiam de potentia absoluta remittere culpam, non remissio debito poenae aeternae, accipiendo tale debitum in secundo sensu jam declarato.

228 Imò Becanus loc. cit. negat etiam, Deum posse de potentia absoluta remittere culpam, non remissio debito poenae aeternae, etiam in primo sensu accepto, quamvis enim id non repugnet respectu divinae potentiae, repugnat tamen respectu iustitiae, quia Deus non potest hominem iustum, & innocentem, etiam si antea fuerit peccator, punire tali poena aeterna, quia nunc puniatur damna, quia illa poena includit odium Dei, de desperationem, blasphemiam, & vermem conscientiae, quae omnia homini iusto, & innocenti repugnant. Tum quia non potest iustum, & innocentem, si ab eo statim per peccatum non excidat, private aeterna beatitudine, cum enim Deus non possit esse iniustus, non potest illi in perpetuum negare, quod illi iure debetur, at homini iusto, & gratiam habenti debetur vita aeterna, cum eo ipso fiat illius haeres; ergo Deus sine nova eius culpa non potest illam in perpetuum negare, quae fuit doctrina D. Aug. *lib. 3. contra Julianum c. 28.* ubi ait *Bonus est Deus, iustus est Deus; potest aliquis sine bonis meritis liberari, quia bonus est, non potest aliquem sine malis meritis damnare, quia iustus est.*

229 Ad fundamentum oppositae sententiae iam diximus loc. cit. *d. 6. de peccatis in fine nu. 361.* quod quando Scotus peccatum mortale habituale constituit in obligatione ad poenam aeternam, loquitur praecipue de poena damni, liquidem haec est, quae essentialiter peccato correspondet, non vero poena sensus, & ideo inquit Doctor loc. cit. *4. dist. 21. C.* quod si debitum poenae aeternae posset stare, cum gratia, eo modo, quo manet post actum, tunc idem esset amicus, & inimicus, ac perinde ait, debitum poenae aeternae totaliter in absolute remitti; & poenam post absolutionem remanentem ab illa differre, non solum quia haec temporalis est, illa aeterna; sed etiam quia in se sunt alterius, & alterius rationis, nam una est compositibilis cum gratia, altera non, una facit hominem Dei inimicum, altera non, item poena ad actu peccati mortalis obligatur peccatori, dicitur ut poena damnationis, altera vero, ad quam obligatur penitentis ex impositione Sacerdotis, & in qua virtute sacramenti, vel contritionis commutatur aeterna, dicitur satisfactoria, illa tandem proprie dicitur reatus, quia ex propria culpa proxime, & immediate contrahitur, ista vero non habet rationem culprose, quia illa non est ex peccato, nisi tantum remore, proxime vero est a voluntate divina, cui haec conditio peccatum remittere placuit, ut teneretur homo aliquam solvere poenam temporalem, in qua ex Dei misericordia commutata est aeterna; ita ibi ad verbum dixeramus, ubi etiam aliae difficultates solute sunt ad id spectantes, quae ibi videri possunt, nec eadem repetantur.

ARTICULUS SECUNDUS.

Solvuntur Obiectiones contra praecedentem doctrinam.

230 IN oppositum Primò contra primam conclusionem arguitur, in qua dicebamus, contritionem non esse physice delictivam peccati in genere causae efficientis; nam penitentia physice opponitur culpa, dicit enim formaliter ad rem retractationis, culpa vero dicit negationem retractationis; ergo &c.

Confirmatur, quia contritio, & culpa nequeunt esse simul in eodem subiecto, alioquin homo esset simul, & semel amicus, & inimicus Deo. Tandem quia penitentia perfecta, qualis est contritio, ex natura sua est solutio poenae, & compensatio culprose; ergo &c.

Resp. negando assumptum, ad probationem negatur, culpam habitualement dicere formaliter negationem retractationis peccati praeteriti, nam dicit formaliter obligationem ex actu peccaminoso contractam, quae statim, ac aliquis peccat, realiter obligatur ad poenam peccato correspondentem, quoque poena illa soluta fuerit, negationem vero retractationis importat materialiter tantum, & pro connotato; unde dum quis dolet de culpa, non ponit totum oppositum, quod physice illa praedicata excludat, quia non dicit negationem obligationis ad poenam aeternam, neque condonationem, quia haec non sunt praedicata penitentiae, sed effectus & Deo causati eius intuitu, atque ideo physice culpam delere nequit penitentia formaliter sumpta, sed tantum per modum moralis dispositionis ad illos effectus, eius intuitu a Deo causatos.

Ad Confirmationem negatur assumptum, simpliciter, & absolute loquendo, si enim gratia cum peccato de potentia Dei absoluta est compositibilis, tantò magis contritio, quo non sanctificat formaliter, sed tantum dispositivè per modum dispositionis moralis proxima, & immedia, unde solum moraliter dici potest peccato incompositibilis, non quidem per modum formae efficienter, vel formaliter peccatum expellens, sed eo modo tantum, quo proxima dif-



ma dispositio formam contrariam dicitur expellere, & ei est in-

compossibilis. Ad ultimum negatur assumptum quoad utramque partem, penitentie namque non est Deo accepta in solutionem pene, & compensationem offensa, nisi ex eius ordinatione, qua statuit placari per tale obsequium & poenam aeternam commutare in temporalem ex meritis Christi; unde non ex natura rei talem producit effectum, sed tantum moraliter, neque id facit formaliter, sed dispositivè, gratia vero id facit formaliter, cum ipsa sit unica forma justificans.

231. Secundò arguitur contrà secundam assertionem, in qua diximus, contritionem non causare peccati remissionem in genere causae formalis, sed tantum moralis dispositivae; nam plura extant factae Scripturae testimonia, & S. Patrum, in quibus dilectioni, & contritioni tribuitur sanctitas, & remissio peccatorum. Confirmatur, quia peccatum mortale formaliter deturpat animam, ergo contritio formaliter eam sanctificat. Denique contritio, ut prope dilectio benevolentiae Dei est formaliter adhaesio, & coniunctio perfectissima cum Deo dilectio; ergo est forma, hominem contritum ex se constituens coniunctum cum Deo amato, & ipsi carum, & misericors proinde est forma ex se formaliter hominem sanctificans. Resp. ex dictis lib. 2. d. 7. de Justificatione q. 2. art. 2. loca illa explicanda esse, & intelligenda de causalitate per modum dispositionis moralis, quia ex divina institutione infallibiliter sanctitatem inducit, non vero de causalitate per modum formae.

Ad Confir. negatur consequentia, quia plus requiritur ad constituendum, quam ad desistendum, plus ad resurgendum, quam ad cadendum, & plus ad satisfaciendum, quam ad offendendum, alioquin argumentum quoque probaret, contritionem se sola omnem abolere poenam reatum, sicut peccatum se solo poenam aeternam reatum inducit. Ad ultimum negatur assumptum, quia licet ex vi actus dilectionis homo non comparetur Deo, ut obediunt odii, & displicentiae, sed amoris, & complacentiae; adhuc tamen talis dilectio ad veram amicitiam non sufficit, & perfectam cum Deo coniunctionem, quia in amico patet amoris, quo diligit amicum, requiritur etiam fundamentum dignitatis, & bonitatis, quo redametur ab amico, quod fundamentum modo de facto non habet homo per solum Dei dilectionem, sed per habitum gratiae infusum, sine quo maneret indignus, vel scelerem non dignus Amicitia Deo non obstante actu dilectionis, ut fuse declaratum est lib. 2. Quod si contentas ad Deo redamandum esse, plane non eum amaret amore illo, quo diligit filios adoptivos, & suae naturae participes, quod fit per gratiam sanctificantem, sed alio amore multo inferiori; alia argumenta vide soluta loc. cit.

232. Tertio obicitur contrà tertiam assertionem, in qua diximus, requiritur perfectam, id est, contritionem esse dispositionem ad gratiam justificantem per modum meriti de congruo; hoc enim repugnat omnibus Scripturae locis, in quibus dicitur, hominem gratia justificari, & Concilii Trident. sess. 6. can. 3. sess. 14. per totam, ubi docet, contritionem ex omni parte consideratam esse donum Dei; & scilicet, tam ex parte principii preventivis, quam ex parte principii adjuvantis.

Confirmatur, quia hic loquendi modus ad Semipelagianismum accedere videtur, nam ipsi quoque gratiae necessitatem ad mittebant, ut a Pelagio differret, sed dicebant, hominem posse sibi eam mereri; at non poterant dicere de condigno, quia cum sit principium meriti non potest cadere sub merito; ergo loquebantur de merito de congruo. Tandem, quia hac ratione etiam imperfecta penitentia, nempe attritio ex timore gehennae elicit, dici posset meritum de congruo in ordine ad justificationem.

Responsio Scripturae testimonia loqui de merito de condigno sub quo justificatio cadere non potest, ut dictum est in conclusione probanda, non autem de merito de congruo; & licet contritio fit donum Dei, est tamen cum hominis cooperatione, id est, cum motu liberi arbitrii divinae vocationis, & gratiae adjuvantem correspondens quod sufficit ad meritum de congruo.

Ad Confir. negatur assumptum, quia Semipelagianis dicebant, hominem virtibus suis naturalibus primam gratiam vel actualem, vel habituales mereri posse, quod non assertimus, sed tantum dicimus, hominem auxilio supernaturali preventum, & adiutum auctus penitentiae salutare elicere posse, qui de congruo tantum; ut dispositiones ad justificationem, a Deo acceptari mereantur. Ad ultimum negatur consequentia, quia contritio est dispositio proxima, & efficax infallibiliter ponens effectum ex Dei promissione, non sic attritio, quae est dispositio valde remota, & non est efficax, nisi iungatur cum sacramento, & ideo per se sumpta nomen meriti de congruo sibi non vendicat, nisi valde imperfectè, & remotè.

233. Quarto obicitur contrà quartam conclusionem, in qua diximus contritionem esse dispositivam per modum meriti de congruo, Nam vel intuitu contritionis Deus de potentia ordinaria debet dare gratiam, vel non; primum dici non potest, quia tunc esset meritum de condigno, quod est falsum, quia prima gratia non cadit sub merito si secundum habetur intentum; quia non esset modum

infallibile & dispositio efficax respectu illius, atque ita neque causa dispositiva, aut meritoria gratiae ullo modo. Confir. quia si intuitu contritionis Deus tenetur dare gratiam gratis, diceretur non dari per modum mercedis, & praemii, atque ita esset causa meritoria de condigno respectu illius, quod est haereticum. Demum gratia est donum omnino super naturalis; ergo nequit meritorie causari a contritione, quae est illi inproportionata.

Resp. intuitu contritionis Deum teneri gratiam dare, neque ob id esse meritum de condigno respectu illius, quia non tenetur ex debito justitiae, sed tantum ex debito fidelitatis ex illa promissione facta penitentibus: In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Dices, in utroque debito intercedere pactum, nam ex natura rei non inducitur in Deo, cum creatura Deum obligare nequeat, ergo quaecumque ponatur hoc debitum in Deo dandi gratiam, posita contritione, erit contritio rigorose meritum de condigno respectu illius. Negatur consequentia, quia longe diversum est pactum, quod requirit meritum de condigno ab eo, quod requirit meritum de congruo, ut dictum est lib. 3. d. 3. q. 1. explicando naturam utriusque meriti; meritum namque de congruo requirit pactum tantum de dando aliquid per modum doni homini potenti; at meritum de condigno non tantum requirit pactum de dando, sed etiam de retribuendo per modum mercedis, & praemii, ideoque tale pactum non tan tam inducit debitum fidelitatis, sed etiam justitiae.

Ad Confir. negatur obiectio, quia meritum de condigno inducit nedum debitum implendi promissionem, quod dicitur debitum fidelitatis, sed debitum etiam justitiae; hoc autem meritum solum reperitur in iusto; cum enim iustus ratione gratiae habitus sit filius Dei adoptivus, & habeat participationem divinae naturae, arguitur ab aliquo cum Deo aequalitatem, Deus ex iustitia, licet cum pacto, et retribuit intuitu operum per modum mercedis, & praemii; quod non evenit in peccatore, cum contritio, & ideo Deus ei non retribuit, sed donat gratiam, respectu cuius non habet, nisi meritum de congruo, quod inducit solum debitum fidelitatis, scilicet implendi promissionem, non iustitiae, eo quod Deus penitentem gratiam promittit, quae omnia late explicata sunt lib. 2. Ad ultimum negatur, contritionem esse omnino inproportionatam, ad gratiam impetrandam, est enim moraliter proportionata propter adiutorium supernaturalis, cuius opae elicitur; unde non est actus solus naturae virtutis elicitus, sed est supernaturalis ratione auxilii, tum preventivis, tum adjuvantis.

234. Quinto obicitur contrà quintam conclusionem, in qua diximus, quod licet virtute penitentiae de facto omnia peccata mortalia simul de facto remittantur, de potentia tamen absoluta unum sine alio remitti potest. Nam nullum peccatum mortale potest sine gratia remitti, sed hoc cum nullo mortali stare potest, ergo non potest unum remitti, quin etiam reliqua remittantur.

Confir. quia Deus non potest remittere peccatum, nisi eum diligendo, nec potest eum diligere, nisi sit bonus, aut faciat eum bonum. Tandem quia non potest Deus alicui peccata dimittere, nisi eum in suam amicitiam recipiat, non potest autem sic recipere, nisi omnia, & singula peccata mortalia ei remittat.

Resp. negando maiorem ex iam dictis in illius conclusionis probatione, nam Deus absolute loquendo potest peccata dimittere absque infusione gratiae sanctificantis, & absque ullo pacto intrinsicæ per solum extrinsecam condonationem, cum enim peccatum habituale solum in aliquo mortali consistat, non videtur necessarium, quod postea præcisè tolli per physicam aliquam actionem, aut formam sine huiusmodi condonatione, quam solum ad sui remissionem ex sui natura requirit, cum quia si sic homines sibi mutuo remittunt offensas, sic etiam posset remittere Deus; Negatur etiam minor, quia de potentia Dei absoluta loquendo, peccatum cum gratia stare potest ex dictis dis. 6. de iustificatione q. 2. unde etiam de facto gratia non iustificat physicè, & ex natura rei, sed tantum moraliter, & ex ordinatione divina, & sic absolute loquendo etiam per gratiam infusam non potest unum peccatum sine alio remittere, quia gratia peccati non delet, nisi accedente extrinseca condonatione, & favore divino, posset (inquam) unum peccatum sine alio remittere infundendo eam qualestem, quae nunc habet ratione gratiae sanctificantis, quamvis eam tunc non haberet ita universalem, quia non iustificaret, sicut modò ab omnibus peccatis.

Ad Confir. dico, quod etiam in tali casu Deus vere peccatorem diligeret, dum et peccata dicto modo remitteret, non quidem ea ratione, qua suos amicos diligit, sed ea ratione, quam generatim dicimus diligere omnes, quibus volumus aliquid bonum; maximum enim bonum adhuc Deus ei vellet, quod ab aliquo peccato liberaret licet non à reliquis. Ad ultimum negatur, de potentia absoluta loquendo, non posse Deum alicui peccata remittere, nisi eum in suam amicitiam recipiat.

Dices, Deum neminem posse diligere, nisi eum ad suam amicitiam assumat, & positivum bonum conferat; remissio autem peccati est signum dilectionis, ergo, &c. Negatur assumptum, loquendo de dilectione generatim sumpta non explicata. Dices rursus, contritio non potest esse circa unum peccatum, nisi sit circa omnia; contritus enim equaliter est dispositus ad remissionem omnium peccatorum

eorum respiciendam; ergo nequit contritio unum peccatum remitti sine alio. Resp. concessio antecedente negando consequentiam, quia contritio non est per se sufficiens ad deletionem peccati formaliter, sed tantum dispositivè, neque per modum meriti de condigno, sed tantum de congruo, & ideo absolute loquendo Deus etiam contritio peccatum ex pura liberalitate dimittit, quare sicut absolute loquendo posset ei nullum peccatum remittere, ita posset remittere unum sine alio, nam simultanea connexio remissionis omnium peccatorum pendet à similitudine vi praesentis, providentiae, non autem ex natura rei, quasi ex vi alterius providentiae aliter contingere nequeat.

235. Sexto obicitur contrà sextam conclusionem, in qua statimus, virtute penitentiae simul cum culpa poenam aeternam remitti non tamen semper temporalem. Quia si potest contritio tollere culpam, & poenam aeternam, à fortiori omnem quoque temporalem tollere.

Confir. quia repugnare videtur, Deum totam culpam remittere, & aliam poenam relinquere, nam pena dicitur essentialiter respectu ad culpam. Denique quia non videtur explicabile, quo pacto Deus remittendo poenam aeternam, iniungat temporalem, & cur hoc privilegium sacramento baptismi conveniat, non vero penitentiae.

Resp. negando, contritionem remittere culpam, & poenam aeternam formaliter, hoc enim facit Deus gratis postea contritionem, ut dispositionem, & merito tantum de congruo; & ideo non sequitur, quod si Deus contritionis intuitu poenam aeternam remittit, etiam temporalem remittere debet, quia hoc à contritione formaliter non pendet, sed tantum à voluntate Dei, cui placuit poenam aeternam commutare in temporalem.

Ad Confir. negatur assumptum, ut patet ex dictis in probatione conclusionis, & cum. 2. 5. ubi dictum est, poenam aeternam, & temporalem esse omnino alterius rationis, quia haec cum possibilibus cum gratia, illa non, haec dicitur pena satisfactoria, illa vero damnationis; haec tandem non habet rationem culpae, illa vero utriusque, quae est proprie reatus culpa. Ad ultimum dico, satis explicatum fuisse in probatione conclusionis, quo pacto Deus remittendo poenam aeternam iniungat temporalem, & exemplo etiam ex offensis humanis deducto declaratum fuisse, in quibus remissa tota offensa per acceptationem in amicitiam adhuc solet offensus aliquam satisfactionem ab offendente exigere ad resarcendum ius laesum publice iustitiae. Et fuit etiam conveniens quoad hoc esse differentiam, inter baptismum, & penitentiam, ut per illum simul cum culpa tota deleteretur poena etiam temporalis aeternis vitæ in Purgatorio luenda, non vero per penitentiam; quia Baptismus est prima tabula post naufragium, sive per Sacramentum, & novae vitae inchoatio, ubi homo efficitur nova creatura; Non quae est secunda tabula post naufragium, sive per Sacramentum, sive per contritionem, sed convenientissimum fuit aliquid poenam temporalem exigere, tum ad coerendam hominum delicta, tum ad exercendum aliquid suae iustitiae rigorem, & simul cum misericordia iustitiam temperat, ut docet Trident. sess. 1. c. 2. p. 8.

235. Septimo tandem obicitur contrà id, quod in eadem conclusione addidimus, nec de potentia quidem absolute posse Deum remittere culpam, non remissio debita poenae aeternae. Nam culpa, & poena non sunt necessario connexi, ergo unum ab altero separari potest. Deinde quia manente culpa posset Deus condonare poenam aeternam, ergo vicissim manente poena posset condonare culpam. Tandem, quia ut multi docent, posset Deus hominem innocentem perpetuo cruciati afficere, cum sit absolutus Dominus omnium rerum.

Resp. aliud esse reatum, vel debitum poenae, & aliud ipsam poenam, culpa quidem potest à poena separari, id est, ab ipsa per se poenae poenae, non tamen à reatu, vel debito poenae, quia reatus poenae nihil aliud est, quam dignitas poenae; cum ergo homo iustus, & haeres vitae aeternae non possit esse dignus poena aeterna, non potest habere reatum poenae aeternae, atque ideo implicat, culpam remitti, non remissio poenae aeternae debito.

Ad secundum quamvis manente culpa posset Deus poenam aeternam condonare, id est, a peccatore talis poenae passionem non exigere; non tamen ob id condonata esset obligatio passivae debiti ad poenam aeternam, sed solum in tali casu diceretur Deus non exigere vellem solutionem talis debiti, unde pariter in eodem sensu negatur consequentia, quod manente poena, hoc est reatu, ac debito poenae, posset Deus condonare culpam, quia talis reatus poenae est ipse reatus culpa. Ad ultimum, quamvis praesens spectando potentiam Dei non repugnet ei illud facere, tamen spectando Dei iustitiam repugnat, ut constat ex verbis Aug. epist. 106. super istis relatis n. 234.

Sed instat Amicus L. c. potest simul stare debitum ad totam poenam peccati debitam cum remissione peccati venialis; ergo etiam poterit stare debitum ad totam poenam cum remissione peccati mortalis; Antecedens constat de remissione venialium in instanti mortis, in quo omnia peccata venialia remittuntur quoad totam culpam, tamen integro debito quoad poenam. Negatur assumptum cum eius probationem, saltem enim est in extinctione venialis culpae permanere debitum totius poenae temporariae, quam induxit veniale; hoc enim omnino extinguitur in extinctione ipsius cul-

paë & commutatur poena temporalis, quae illi debita erat, & equalis, in minorem, id est, brevior, & levior, quae non amplius dicitur poena damnationis, sed satisfactoria, nec in immediate, & proximè oritur ex peccato commisso, sed ex impositione sacerdotis, poenam temporalem majorem commutantis in minorem; quae etiam poenae sunt alterius, & alterius rationis, ut supra dictum est nu. 235. quam doctrinam de peccato veniali habituali late tradidimus lib. 2. disp. 6. de peccatis qu. 9. nu. 314. & 346. & 363.

QUESTIO NONA.

De remissione venialium peccatorum.

238. S. Opponendum est ex dictis lib. 2. disp. 6. cit. de peccato habituali, etiam ex peccato veniali causari in anima aliquam maculam, quae consistit non quidem in privatione alicuius gradus sanctitatis habitualis, quandoquidem sic cum ea compossibilis in quocumque gradu, sed vel in denominatione à precedenti culpa, vel aliquo alio ab ea moraliter relicto; & permanente, pro quo homo nondum condignè satisfecit, quae macula, & denominatio causa est, ut in homine aliquid sit, quod Deo displiceat, & quod impediatur aliquorum donorum collationem, & auxiliorum, quibus charitate, quam habet, serventis uteretur; Certum autem est, ut passim concedunt omnes, maculam peccati venialis sufficere tolli per contritionem formalem, vel saltem virtuales, ac etiam per attritionem cum sacramento, nam si haec sufficere ad maculam abstergendam peccati mortalis, tanto magis venialis; & nedum per sacramenta tolluntur, sed etiam per sacramentalia, quia sunt oratio Dominica, unio peccatoris, qua uti solemus, quando oramus, aspersio aquae benedictae, manducatio panis benedicti, largitio elemosynae, benedictio Episcoporum, vel Abbatis &c. Sed difficultas est de modo, quo haec omnia maculam venialem tollant, & an praeter haec assignata dentur etiam alia media ad illam tollendam, adeo ut quamvis longè difficilior sit resurrectio à peccato mortali, quam à veniali, difficultas tamen est explicare, qualiter per penitentiam peccata venialia remittantur, si quidem de hoc quot capita, tot sententiae, ut constat articulis sequentibus.

ARTICULUS PRIMUS.

Quomodo remittantur venialia hominis iusti in hoc vita per penitentiam extrà sacramentum.

239. Possimus loqui de remissione venialium hominis iusti, vel ex opere operantis, & extrà sacramentum, vel de remissione eorumdem virtute sacramentali, etiam per sacramentalia, & quidem loquendo de eorum remissione ex opere operantis, & extrà sacramentum. Prima sententia docet, ad hoc requiri contritionem formalem, & actualem, nec sufficere actum charitatis etiam ferventem, & intensum, quia in hac continetur tantum peccati venialis retractatio, quod cum charitate tam actuali, quam virtuali etiam intensa comparitur; pro qua sententia referri solent Alexius Durandus, Ricardus, Thomas de Argentina, & alii antiquiores. Secunda docet, in homine iusto ad remissionem peccati venialis extrà sacramentum requiri, vel actualem contritionem, vel saltem virtuales, ita Soto, Vasquez, Lugus, Beccanus, Casp. Aversa, & alii Recentiores pro ea citantes D. Th. qu. 87. art. 1. & D. Bon. d. 2. art. 1. q. 2. nomine virtuales penitentiae intelligentes ferventem amorem, Suarez verò t. 4. in 3. p. d. 11. sect. 2. dicit, in iustis extrà sacramentum sufficere attritionem, quod priores non admittunt Ratio omnium est, quia requiritur retractatio peccati, quae nequit fieri nisi per penitentiam formalem, vel saltem virtuales. Tertia tandem sententia est Scoti 4. dist. 21. qu. 1. s. in ista quaest. lit. E. ubi ait, posse dici, quod peccatum veniale in ista vita remitti potest, non tantum per penitentiam interioriorem, vel exterioriorem, quia illa non est necessaria ad hoc, sed per aliquem actum Deo magis acceptum, quam peccatum veniale displiceat, & hoc vel reatum ab ipso operante ad peccatum veniale remittendum, vel non reatum ab ipso, sed à Deo acceptante in ordine ad illud; ita Doctor ibidem, quod est dicere, per satisfactionem Deo oblatam remitti veniale, quae satisfactio potest in quocumque actu bono aequivalente reperiri, modo tamen eum finem eliciatur; & sequuntur ibidem Aretinus, Hieribarnes, Hiquicus, Brancatus, Faber, & alii Scotistae.

240. Rursus ad assignandum quoniam modo, & quo causalitatis genere penitentia valeat ad remissionem peccatorum venialium, disputant Theologi, tamen ut remittantur moraliter, sicut utrumque etiam formaliter, & physicè; Quamvis autem hoc valere tantum moraliter per modum meriti, & dispositionis de congruo, quia Scripturae, Concilia, & Patres de omnibus peccatis in universum docent, remitti nobis gratis, & ideo petimus; Dimitte nobis debita nostra, tanquam beneficium in gratiis, quod ex Dei misericordia expectandum est, ita Soto, Valentia, Lugus, & alii. Ad Suarez, quavis, & ipse affirmet, penitentiam non causare hunc effectum per modum formae physicæ, & causae formalis, sed tantum causalitatis moralis, ut supra dicebamus de remissione peccati mortalis; & at-